

§. IV.

JESUS CHRISTUS NOVÆ RELIGIO-
NIS FUNDATOR.

XXX. Humano tandem genere satis præparato, *secunda in Trinitate Persona*, formam servi accipiens, mundo visibilis adparuit; fuitque JESUS CHRISTUS de Nazareth, in quo omnes et singuli characteres conveniunt, quos de Messia promisso Prophetæ prædixerunt.

XXXI. Divinam Jesu originem ipse eius scopus saluberrimus totum genus humanum complectens edocet; confirmant signa et vaticinia ab ipso edita, eademque potestas discipulis collata, nec non tum ipsius Jesu, tum Apostolorum, Pauli potissimum, constans ad necem usque fidei huius professio.

XXXII. Erat itaque Dominus noster Jesus verus DEUS et verus HOMO, Filius David secundum carnem, Filius vero DEI per virtutem Spiritus Sancti ad salvandas gentes; ut adeo duæ fuerint in illo *Naturæ*, divina et hu-

C

hu-